

nostrarum in gremium Vestri adventantium Dislocatione et sustentatione, aut vero loco Ejus, praespecificatorum Quinquaginta Mille Florenorum praestatione, necessarias Dispositiones atque ordinationes inter Incolas antenominati Regni hujus nostri Croatiae facere atque instituere modis omnibus debeant atque teneantur Eaedem Fidelitates Vestrae; Secus non facturae. Gratia in reliquo nostra Caesareo Regia Fidelitatibus Vestris benigne jugiterque propensi manemus. Datum in Castro nostro Laxenburg Die Vigesima Mensis Maji, Anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo primo.

Carolus m. p.

Comes Nicolaus Illeshazy m. p.

Josephus Sigray m. p.

*A tergo :*

Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis, Magnificis item & Egregijs, nec non Prudentibus ac Circumspectis N. N. Regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Universis Statibus et Ordinibus &c. Fidelibus Nobis Dilectis.

Varasдини.

(L. S.)

Orig. in Archivo Regni Croatiae. Acta Regni Congregationum. 1721. N. 19.